UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Vera Sapientia Virtvte Et Tranqvillitate Animi Enchiridion DD. Evcherii Lvgdvnensis, Martini Bracarensis, & Magni Wigonis, Antistitum

Eucherius <Lugdunensis>
Martinus <Bracarensis>
Magnus <Wigo>

Monachii, 1639

Cap. VI. Moderatio Fortitudinis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10188

Visual Library

Cap. VI.

MODERATIO FORtitudinis.

MAgnanimitas autem ſi ſe extra modum ſuum extollat, faciet virum minacem, inflatum, turbidū, inquietum: & in quaſcunque extollentias dictorum, actorúmque, neglecta honeſtate, feſtinum: qui momentis omnibus ſupercilia ſurrigens & beſtiarius, etiā quieta excitat, alium ferit, alium fugat. Sed quamuis audax ſit impugnator, tamen multa extra ſe valentia ferre non poterit. Sed aut miſerum oppetit

petit finem, aut ærumnoſam ſui memoriam derelinquit. Menſura ergo magnanimitatis eſt, *nec timidum eſſe hominem, nec audacem.*

CAP. VII.

CONTINENTIÆ modus.

COntinentia deinde his terminis te aſtringat: caue ne parcus ſis; ne ſuſpicioſè, & timidè manum contrahas. Ne in minimis quoque ſpeculũ ponas. Nam talis, & tam circumciſa integritas, vilis putabitur. Hac ergo mediocritatis linea cõtinentiam obſeruabis, vt *nec*